



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et  
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

**Engelhard, Johann Martin**

**Moguntiae, 1700**

Titulus V. De Postulatione Prælatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](#)

test: cum enim hujusmodi legi, per legem contraria derogari possit, cur non per consuetudine cui vis legis tribuitur. *I. diurna ff. dell exempla v de in cap. 1. 3. 7. 9. 10. Galib bic. Et cap. 1. & 2. b. in 6.*

**QUÆRES 5.** Quomodo consuetudo probari debeat? Resp. Eam ab allegante probandum esse, quia quantum ad introductionem est si eti, ideoque vi regulæ communis ab allegante probanda. *cap. cum in jure de off. deleg cap. cum Joannes fide instrum.* probatur autem vel per tesies duas vel plures de diuturnitate temporis & actuum frequentia deponentes, vel per scripturam, quæ consuetudini non repugnat, vel per acta judicialia, & famam publicam.

## TITULUS V.

*De*

### Postulatione Prælatorum.

**QUÆRES 1.** Quid sit postulatio? Respond. Omissis varijs significationibus quæ postulationi in jure tribuuntur, quas examinabimus in tit. 37. hujus libri, qui inscribitur *de postulando postulationem prout hujus loci est, recte definiri, ejus qui ob impedimentum canonicum eligi non potest, à superiori qui impedimentum potest tollere, concors & certa petitio Pirrb. b.t. n. 1. Vallenſ n. 2.*

**QUÆRES 2.** Quid requiratur ad hoc ut postulatio valeat? Resp. Tria requiri. Primo ut fiat in concordia, postulationes enim in discordia factæ rejiciuntur. *cap. 3 b.t. concordia autem pro varietate casuum in postulatione occurrentium via est,*

ria est. Vel enim postulatio est sola, id est omnes capitulares volunt postulare; & tunc postulatio dicatur concors, si vel omnes capitulares, vel major eorum pars consentiat. *c. i. Sunt de his quae fiunt à Mai. part. cap. cap. bonæ memorie 3. Et cap. ult. b. t.* vel postulatio concordit cum electione, id est aliqui postulant, alii eligunt, & tunc concors erit, si postulatus habuerit duas tertias votorum, ita ut numerus postulantium sit duplo major quam numerus elegientium. *d. cap. 3. cap. 40. de elect.* Si igitur votantium fuerint 24, quorum aliqui postulant, alii eligunt, non valebit postulatio, nisi postulatus habuerit sedecim vota *d. cap. 40.* Ratio est quod postulari non debeant, nisi illi, de quibus spes est, quod ecclesiis quibus præficiuntur, futuri sint utilles, de eo autem qui in tantâ discordiâ postulatur, utilitas ecclesiæ prudenter præsumi non potest. Hinc si fuerint, v.gr. quindecim Capitulares, quorum quatuor postulent Cajum, sex Titium, quinq; Sempronium, postulatio ute pote in discordia facta, erit nulla. Si autem fuerint viginti quatuor, quorum tredecim postulent, undecim eligant, ut in novissimâ Electione Coloniensi contigit, confirmabitur electio, reprobabitur postulatio *d. cap. 40.* Secundò requiritur ut postulandus laboret impedimento, qui enim sine impedimento est, eligi debet non postulari. Impedimentum autem debet esse Canonicum, hoc est solo jure positivo ecclesiastico introducendum, non vero impedimentum juris naturalis aut divini, quali impedimento laborant infames, furiosi, rudes, amentes & illiterati, qui sicut eligi non possunt, ita nec postulari, cum sint defectus indilpensabiles; *cap. un. b.*

*un. h. t. in 6.* Tertio, requiritur ut forma electioni sit certa & determinata, nullam involvens obscuritatem, ut constet de mente capitularium, velint ne postulare an verò eligere. Calu quo postulatio à electione confundetur, nec postulatio valebit, nec electio, hinc rejicitur forma hæc, *postulo eligendo vel eligo postulando.* cap. *un. h. t. in 6.* Ratio est, quod idem non possit simul eligi & postulari, cum postulatio supponat impedimentum, electio nullum adeoque illi qui postulando eligerent, vel vice versa, ut postulantes affirmarent, postulatum impedimento laborare, ut eligentes negarent, quod absurdum ficeret, ideoque talen formam, tanquam ecclesie præjudicialem Pontifex damnare voluit.

**OBJICES 1.** Spurius sive natus ex damnato constitutus minor 27. annis, laborant impedimento canonico, & tamen sunt in postulabiles; ergo male dicitur quod postulandus debeat laborare impedimento canonico. *Resp.* concedo anteced. Nego consequent, non enim sufficit impedimentum canonicum, sed requiritur ut sit tale in quo Pontifex dispensare soleat, quale est defectus natalium, modò spurius non fuerit, *cap. 20. de eleæ.* defectus legitimæ ætatis, modò postulatus 27. annis major fuerit, *extravag. dispensis. unic. h. t.* licet enim etiam in his absolute dispensare possit, dispensare tamen non solet.

**OBJICES 2.** Postulatio qua major pars capituli postulat Cajum, reliqui Titum, non est concors; ergo non erit admittenda. *Resp.* non est concors physice concedo. Iuridicè Nego. Iuridicè enim censetur postulatio concors, si vel major pars postulantum

Iantum consentiat vel postulatus duas tertias habeat votorum.

**QUÆRES 3.** Quænam sit pœna postulatum, si postulatus fuerit indignus, id est si laboret defectu indispensabili, vel in quo Pontifex non soleat dispensare? Resp. Pœnaeorum est, quod, si id scienter fecerint, pro eâ vice priventur potestate postulandi & eligendi. cap. 2 b. t. Et cap. 40. de electis quæ potestas eâ vice devolvitur ad illos, qui in postulationem aut electionem indigninon conienserant, licet numero pauciores fuerint imo & unicus tantum. d.c. 2. ratio est quia regulariter quod in delictis sit, non censetur factum ab omnibus; cum delicta suos debeant tenere autores, ideoque pœna plurium nocentium non afficit pauciores innocentibus.

**OBIICIES 1.** Jus eligendi vel postulandi refidet penes capitulum; sed in uno solo non remanet capitulum; ergo nec jus eligendi vel postulandi. min. prob. non est grex ubi unicum tantum animal ex grege remansit l. 2., ff. de leg. 1. ergo nec erit capitulum, ubi unicus de capitulo superest. Resp. concess. major. distinguo minor. in uno solo non remanet capitulum actu concedo, virtute aut habitu Nego. ad probat. Dico aliud esse de gregi pecorum, aliud de collegiis hominum, illa enim jura & bona non habent, nec subjectum capax in quo jura conservari possint; possunt autem in homine jura totius collegii conservari. Pirrb. h.t. n. 29.

**OBIICIES 2.** Ob delictum majoris partis communitatis cæterietiam innocentibus puniri possunt & solent ut habet Gloss. in l. sicut v. non debetur ff. quod cuiusque universi non. & patet exemplo Sixti V. qui propter delicta quorundam Monachorum integra

D mona-

monasteria extinxit, & exemplo multorum imperatorum, qui propter crimina aliorum de communitate integras urbes evertunt, innocentes cum nocentibus punientes; ergo idem de Innocentibus in electione vel postulatione dicendum erit. Resp. Innocentes propter nocentes puniri non posse, nisi in casibus à jure expressis, vel propter delicta gravia & atrocissima, qualia sunt crimen perduellionis, læsa majestatis, & similia, quæ non censentur sufficienter expiari, nisi per interitum totius communitatis.

QUÆRES 4. An Pontifex postulationem legitimè factam teneatur admittere, an vero eandem rei scere possit? Respond. licet Postulatio nitatur merita gratiâ pontificis cap. 5. b.t. ideoque nullum jus acquiratur postulato, Pontifex tamen, si postulatum censeatur ecclesiæ utilis, eam vi officii admitteret; & hinc posset fieri injuria postulato, si rei sceretur: licet enim vigore postulationis jus nullum habeat, jus tamen habet ut non rei scaturit tanquam indignus qui secundum canones postulabatur tanquam ecclesiæ utilis.

## TITULUS VI.

De

### Electione & electi Potestate.

QUÆRES 1. Quid sit Elec<sup>tio</sup>, & quot modis fiat? esp. electio latè sumpta omnem delegat personarum ad beneficia ecclesiastica includit. Strictè vero sumpta & prout hujus loci est definitur personæ idoneæ ad dignitatem ecclesiasticam  
canonicam